Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

... tiara.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

Visual Library

braccas eſſe, uti פמשין volunt, ſed pedum tegumentum:

VI. כרבלה *tiaram* eſſe non multum laborandum eſt ut demonſtremus. Ita enim exponit maxima pars Rabbinorum. Iachiades: הם הבגדים המכסי הראש ככובע וזולתו *Hæ ſunt veſtes, quæ obtegunt caput, ut galea & ſimiles.* R. Saadiah: קסידין שבראשן כמין כובעים *Caßides, quæ in capite inſtar galearum.* Elias: מלבוש של ראש *veſtis capitis.* Conſentit David Kimchi, Baal Aruch, & complures etiam vernaculi interpretes. Jam olim Hieronymus: *Genus pilioli, quo Perſarum, Chaldæorumque gens utitur.* Quorum veriſſimam eſſe ſententiam non tantum ex eo confirmari poteſt, quia veriſimile eſt in harum veſtium deſcriptione tiaras nominari, quas ſemper geſtarunt Chaldæi, Perſæ, Parthi, quemadmodum innumera veterum ſcriptorum loca oſtendunt, quæque ad hunc uſque diem ſatis in uſu ſunt per totum fere Orientem, uti vel omnibus in hoc noſtro Belgio conſtat, qui Amſtelodami mercatores Armenos, Perſas, Turcas ſuis tiaris ornatos

Iachiad. in Paraphr. ad Dan.

Elias in Thiſb.

ornatos viderunt,] verum etiam
quod ab hac voce כבלה apud
Græcos deducta ſit Κυρβασία, quę
idem capitis ornamentum ſignifi-
cat. Heſychius: Περσῶν μὲν ἴδια
κάνδυς καὶ ἀνάξυρις καὶ τιάρα, ἣν καὶ κυρ-
βασίαν, καὶ κίδαριν, καὶ πῖλον καλοῦσι.
*Perſarum propria kandys, & anaxy-
ris, & tiara, quam kyrbaſiam, &*
Pollux. *cidarim & pileum vocant.* Pollux:
l. 7. c. 13. καὶ κυρβασία, ἣν κίδαριν καὶ πῖλον κα-
λοῦσι *& kyrbaſia, quam cidarim &*
Heſych. in *pileum vocant.* Idem Heſychius.
τιάρα. Τιάρα ἡ λεγομένη κυρβασία. Ταύτῃ γὰρ
οἱ πέρσαι βασιλεῖς μόνοι ἐχρῶντο ὀρθῇ,
οἱ δὲ στρατηγοὶ ὑποκεκλιμένῃ, *Tiara quæ
vocatur kyrbaſia: qua Perſarum Re-
ges ſoli recta utuntur, milites autem
inclinata.* Eadem fere Suidas
habet. Κύρβασις, ἔνιοι μὲν τιάραν,
ᾗ οἱ βασιλεῖς τῶν Περσῶν ὀρθῇ ἐχρῶντο,
οἱ δὲ στρατηγοὶ ἐπικεκλιμένῃ *Kurbaſis,
quidam tiaram vocant, qua Perſarum
Reges recta utuntur, milites autem in-
clinata.* Ubi omnino obſervan-
dum, quod in magno opere nota-
Buxt. Lex. vit Buxtorfius vocem כבלא (quam
Talm. miror iterum *tegumentum, paluda-*
pag. 1084. *mentum* virum maximum exponere
&